



1769.

1. Backhaus, Franc. Wilhelm : De aere alieno hereditario
2. Beckius, Albertus Philippus : Meditatio super diversis honorum generibus angelis tribui solitis
- 3^{tes} Beckius, Alb. Phil. : De bonae fidei possessionis circa fructus e re aliena perceptos : 2 Exempl - 1769 à 1775
4. Krüppel, Conradus Antonius : De contentione juris civitatis et canonici. Prolocutio I, qua praedicationes per semestres habentur . . . indicit 1770.
1. Krüppel, Conradus Antonius : De contentione juris civitatis et canonici. Prolocutio II, qua praedicationes per semestres accipiuntur . . . indicit
2. Paetsch, Conradus Fridricus : De differentia juris communis et Brunsvici - Guelpho-habentis

1771.

1. Livonhart, Fr. Tridorsius: De regula juris, quod
in casu dubio omnia bona mariti esse preae-
sumenda sint canke attribuenda. 2
- 2^{us} Frickius, Albertus Philippus: De juribus illius, 3
qui alteri ed emendum credidit.
3. Frickius, Albertus Philippus: De testamento nullo 4
iniquitate hereditatis ab intestato adprobatione nunquam
in formam testamenti validi revovalente.

1772.

Fewerlein, Petrus Facetus: De privilegio dotis sponsae
competente inserit simulque . . . Trami Conrad Fewer-
lein . . . patri suo . . . susceptum . . . munus-
procancelarii . . . gratulatur

1774.

1. Frickius, Albertus Philippus: De libello actionis ab
Caesione enormem instituentiae non disjunctive

conscripto ad l. 2 C. de reserind. uend.

2. Haebelin, Franciscus Dominicus: Theses inaugurales
de $\frac{7}{8}$ statu, jurebus ac privilegiis S. R. I. lib. ac
immunit. nobilitatis inde a temporibus Rudolphi I
Rom. Regis usque ad Maximilianum I Imp.
3. Paetike, Antonius Historicus: De jure venditionis ratione
residui pretii iusto in emptoris bonis concursu
4. Priesser, Joannes Henricus: Observationes de civi-
tatisbus Imperialibus speciatim Ulmae sub Rudol-
pho I. Rom. rege.

Handwritten text on the right edge of the page, possibly a page number or title fragment.



f. 28. num. 27.

4. 20.

1769, 3^a 3

IVS

BONAE FIDEI POSSESSORIS

CIRCA FRVCTVS E RE ALIENA

PERCEPTOS

PRAESIDIO

D. ALB. PHIL. FRICKII

ICTI ET ANTECESSORIS SVI ORD.

H. T. DECANI

PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI SISTIT

AVCTOR

IOANNES AVGVSTVS TEMME

BRVNSVICENSIS.

A. D. XI. NOV. cl^ol^oCCLXIX. H. L. Q. C.

HELMSTADII

TYPIS IOH. DRIMBORNII.



P. 66



IVS

BONAE FIDEI POSSESSORIS

CIRCA FRUCTVS ET RE ALIENA

PERCEPTOS

PERPETUO

D. ALB. PHIL. FRICKII

PROF. ET ANTIQVARIARVM RE

H. T. DECANI

EX LIBRIS RECTORIS

AVCTOR

IOHANNES AVGVSTVS TENNIE

RECTOR

A. M. XI NOV. OBDOCEX. H. T. G.

HEIMSTADT
TITEL DER DRUCKEREI

REVERENDISSIMO ILLUSTRISSIMIS

EXCELLENTISSIMIS DOMINIS

DOMINO

HENRICO BERNHARDO
DE SCHLIESTEDT

DYNASTAE IN SCHLIESTEDT KVBLINGEN

ET HAVS-NEVENDORFF

ADMINISTRO STATUS INTIMO

CAPITVLI S. CYRIACI BRVNSVICI DECANO

ORDINIS DANEBROGICI EQVITI

REL.

DOMINO

GEORGIO SEPTIMO ANDR.
DE PRAVN

ADMINISTRO STATUS INTIMO

CANCELLARIAE ET CONSISTORII DVCALIS

PRAESIDI

REL.

VIRIS
OB MERITA IN REM PVBLICAM
ATQVE LITERARIAM
SVMMA
MORTALITATEM SVPERANTIBVS
DOMINIS GRATIOSISSIMIS
MAECENATIBVS MAXIMIS

HAS
STVDIORVM PRIMITIAS
IN
DEVOTISSIMAE MENTIS

MONVMENTVM

PIE CONSECRAT

SUBMISSO CVLTV ABDICTISSIMVVS
IOANNES AVGVSTVS TEMME

NOBILISSIMO DOCTISSIMO
DISSERTAT. AVCTORI
IOANNI AVGVSTO TEMME

S. P. D.

ALB. PHIL. FRICK.

*Nil non acerbum est prius, quam maturum fiat, et ter-
tiandus est ager, a quo multum frumenti speras. Ita
etiam cum nostris studiis, mi carissime TEMME, compara-
tum est. Et peracerba enim eorum initia nobis videntur,
et magno eoque improbo labore opus est, ad colendum animi
agrum, eumque ad disciplinas praeparandum. Cantissima
enim bonorum admonitio est, VIRIVIS MERCEDEM SVDORE
PARARI, qua docetur, omnibus ingenii nervis tentan-
dum esse, quo virtutis fructus ad maturitatem prouecti cum
voluptate percipi et consumi queant. Sane virtutis praemia*

ad

ad fructuum industrialium classem pertinent, nec eam ego
bonae fidei possessorem existimo, qui absque omni animi cultura
et cura honores magnos consequutus est. Quae quum omnia
veritati consentanea, et TIBI, AMICE AESTIVMATISSIME,
longe notissima sint: etiam in exercendo legitimae scientiae
agro prudentem et solertem agricolam imitatus es, haud
detrinitus innumeris, nec raro acerbis incommodis et sudo-
ribus, quae literarum sectatores subire coguntur. Nonne TV
huncce agrum ceu noualem Holzmundae proscidisti, Goettin-
gae iterasti, Helmstadii autem tertiassti, et optimo semine
seruisti. Itaque confidere potes, futurum esse, ut, sicuti
crastina die TE hanc tuam disputationem defendentem
omnes laude excipient, ita eti. in propediem uberrimam stu-
diorum messem facias, et cum iucunda praeteritorum labo-
rum recordatione maturos et dulces eorum fructus perci-
pias. De his TIBI gratulabitur PARENS TVVS SVMME
REVERENDVS, gratulabor vero et ego, optaboque, ut eos ex
animi sententia consumas. Vale, et mihi fauere perge.

Dabam Helmst. d. X. Nov. c. 1010CCLXIX.

EXERCITATIO ACADEMICA
DE
IVRE
BONAE FIDEI POSSESSORIS
CIRCA FRUCTVS E RE ALIENA
PERCEPTOS.

§. I.

QVIS BONAE FIDEI POSSESSOR AUDIAT,
INQUIRITVR.

Possessionem voco detentionem rei corporalis. Voculam, detentio, in definitione generis loco positam sensu paulo latiori accipias velim. Non semper enim desideratur, vt res possidenda prematur veluti quadam manu. Quid quod, quum leges velint iubeantque, vt, quod quis per alium facit, id ipse fecisse videatur; sufficere, quiuis concedet, si et alius nostro nomine possideat. Nam et is, cuius nomine alius possidet, in possessione esse, dicitur. a) *Possessio* autem, quam descripsimus, est vel *naturalis*, vel *civilis*. *Naturalem* possessionem tribuimus ei, qui quandam rem tenet sine animo eam propriam sibi habendi. Hinc omnis is erit possessor naturalis, apud quem res aliena est vel custodiae, vel administrationis, vel vsus, vel securitatis causa. *Civilis possessionis* appellatione venit autem illa, quae cum animo rem propriam sibi habendi est coniuncta. Haec ipsa vero de possessione civili data finitio nos iam eo ducit, vt dicere queamus, quis *bonae fidei*, quis *malae fidei* possessor audiat. Dubio nimirum caret, bonam fidem b)

a) Vid. §. 5, I., de interd.

b) Qui plures alios significatus, quos vocula fides admittit, di-

scere, animo gessit, is legat
CHRIST. THOMASII diff.
de fide iurid., C. I., et ill.
A
CH.

et opinionem, se esse dominum, et ignorantiam, alium dominum rei esse, sub se comprehendit. c) Ergo *bona fide possidere*, aut *bonae fidei possessor* is dicitur, qui se rei, quam animo sibi propriam habendi detinet, dominum esse credit, eamque alienam ignorat, sed potius illius, a quo eam accepit, fuisse, aut saltem eidem illi ius, eam alienandi, competiisse putat. *Mala fide e contra possidere*, atque hinc *malae fidei possessor* is audit, qui, semet ex iusto titulo rem non habere, nouit, veluti quum eam emeret ab eo, quem sciebat, nec dominum rei fuisse, nec eius distrahendae habuisse facultatem. At adesse, video, qui scire cupiunt, quaenam nobis mens sit de haesitante. Eos interrogare, audio, an in bona? an in mala fide sit de re a semet detenta possessor dubitans? Obmotam hancce quaestionem facillime decidi posse, credunt tantum non omnes, qui pragmaticorum specie tument, modo adhiberi non negligatur distinctio, quam

exco-

CH. FRID. GEORG. MEISTERI diff. de fide, eiusque in vsuc. et praescript. iure, C. I. Legitur in viri illustri opusculis inuictim editis.

c) Non sum nescius, aliis arri-
dere, vt bona fides negatiue
magis, quam affirmatiue de-
finitur. Quare ista, eorum
ex doctrina, non tam in opi-
nionē, quam potius in ignoran-
tia, consistit, rem esse alienam,
alique, in rem a me posses-
sam, ius esse. Hanc, quam
praeter plures alios suppedi-
tant I. HENR. BERGERVS
in *oeconom. iuris*, L. II., tit. II.,
§. XVII., not. 4., et §. XXI.,
GOTTL. GERH. TITIVS
in *iure priv.*, L. II., C. IX., §.

XVI., et IAC. RAVE in *princ.
doctr. de praescript.*, §. XIX.,
bonae fidei notionem nec le-
ges romanae respuunt. Euol-
uas ea propter, si lubet, L. 109.,
D., de verb. signif., et L. 42.,
D., de reg. iur. At utramque
notionem coniungere, mihi-
met ea propter placuit, quod,
fieri quandoque, videamus, vt
quis in bona fide sit, licet sciat,
rem esse alienam. Id accide-
re, inter omnes constat, non
modo si quis sciens possidet
rem alienam, quam tamen
consentiente domino se possi-
dere putat, sed etiam si quis
rem, legibus quidem interce-
dentibus, possidet, sed prae-
toris auctoritate.

excogitarunt viri haud infimi subfelli, puta, IOH. HENR. BERGERVS d), IOH. IACOB. BRUNNEMANNVS e), WOLFFG. AD. LAVTERBACHIVS f), IOH. FR. LVDOVICI g), P. MULLERVS h), AD. STRVVIVS i), S. STRYCKIVS k). Eo autem redit laudata distinctio, cui, veluti ex oraculo editae, mordicus inhaerent. Mentis nempe haesitatio aut antecedit initium possessionis, aut hocce subsequitur. Antecedens dubium, eorum ex doctrina, infert malam fidem. Si vero possessionem adeptam dubium tanquam comes consequeretur: attendi debere, iubent, an in bonam? an in malam fidem magis inclinaret possessor dubitans? Istud enim si accideret: haesitans vocandus esset bonae fidei possessor. Hunc dubitantem e contra titulo malae fidei possessoris dignum esse, volunt, qui magis inclinaret in opinionem, rem esse alienam. At enim vero, vt manes tantorum viro- rum mihi parcant, opto, si, misso auctoritatis praeiudicio, ingenue fatear, allata distinctione, et sanae rationi et legibus aduersa, rem confici non posse. Vt, id con- rendere, nullus erubescam, me hoc inprimis mouet. Fides scilicet, de qua iam sermo, quum sit iudicium de rei, quam quis tener, dominio: facile est intellectu, eandem illam semper aliquid aut affirmare, aut negare. Dubium vero continere suspensionem iudicii, fatentur omnes. Ergo sicuti dubium excludit et affirmationem et negationem: ita etiam dubia fides, seu iudicium du-

A 2

bium

d) In *diff. de fruct. et imp. quo- ad b. et m. fidei possessorem*, §. VIII. In dissertationibus b. viri iunctim editis locum vindicat trecesimum primum.

e) In *exercit. VIII. ad instit.*, p. 66.

f) *Legas IPSIVS colleg. theor. pract.*, tit. de *vsurp. et vsuc.*, §. XI.

g) In *doctr. pandect.*, tit. de *vsur. et vsuc.*, §. 11.

h) Euolvas EIVS *diff. de mala fi- de superueniente*, cap. II., §. 2.

i) *Exercit.* 43., §. 12.

k) Tam in *tr. de iure sensuum*, *diff. X.*, cap. IV., n. 74. sq., quam in *vsu moderno*, tit. de *vsurp. et vsuc.*, §. III.

bium inuoluit, vt cum dialecticis loquar, contradic-
tionem in adiecto.

§. II.

QVID FRUCTVVM NOMINE VENIAT, INDICATVR,
ADPONITVRQVE PRAECIPVA EORVM
DIVISIO.

Haec ergo tecum, lector benenole, erant commu-
nicanda, vt in limine illico comperires, qualem concep-
tum bonae fidei possessoris supponerem, cui iacto ve-
luti nouae domus fundamento deinceps dicenda super-
struantur. Nunc, age, notionem *fructuum* euoluamus,
et diuisionem eorum praecipuam dispiciamus. *Fructuum*
varia est significatio l). Si vero quaestio incidat de re a
bonae fidei possessore cum omni causa restituenda: is
errare non videtur, qui eos appellauerit omne emolu-
mentum, quod quis ex re aliena, vel per eius causam,
percipit. Hinc nata distinctio *fructuum* in *ciuiles*, *indu-*
striales, et *naturales*. *Ciuiles* vocant, qui non ex cor-
pore rei nascuntur, sed extrinsecus per occasionem rei
iure percipiuntur, cuius generis sunt usurae, mercedes,
pensiones, reditus annui. At intercedunt BALDVS m),
IOH. CORASIVS n), IO. ALTHVSIVS o), qui horum
fructuum denominationem tamquam ineptam reiicien-
dam,

l) Qui eos discere cupit, is legat,
praeter AMAD. ECKOLTI n)
comp. pand. tract., tit. de usur.
et fruct., §. II., GEORG. PIC-
CII *colleg. enucl., L. XXII.,*
tit. I., §. 24. LVD. MEN-
KENII *syst. iur. civ., tit. de*
usur., §. 26. IVST. MEIERI
colleg. argenor., L. XXII., tit.
I., §. 29.

m) *In glossis ad L. 4., C., de act.*

emr.

n) *In miscell. iur. civ., lib. V.,*
C. IX., n. 10. Insertas inue-
nies tom. II. *operum* CORA-
SII, quae proelo tradidit VAL-
GVIL. FOERSTERVS. Argu-
menta eius praecipua refellere
conatus est IOH. IAC. WIS-
SENBACHIVS *diff. ad pand.*
XVIII., §. 15. sq.

o) *In iurisp. rom., L. I., cap. II.*

dam, eosque, barbara voce, industrialissimos, vel saltem industriales nominandos esse, volunt. Hos triumphos audacia superant CH. BESOLDVS p) et LVD. AVG. WURFFELIVS q), utpote qui fructus civiles in exilium mittere, et ex fructuum classe reiicere audent. Sed quam egregie fallant, fallanturque, vide. Vt fructus enim, de quibus loquimur, iure et ex obligatione percipiantur r), vt eorum ratio habeatur in iudiciis petitoriis s), vt fructuum vices fortiantur ac pro iis habeantur t), vt usufructus u), pensiones, mercedes, vecturae iumentorum v), fructuum appellatione veniant, iterata legum romanarum vox est. Num vero haec cogitans vestigiis laudatorum virorum insisteres? Num iis praeuentibus *fructus civiles* e fructuum ordine reiicere auderes? Ego quidem id facere erubesco. Tandem *fructuum industrialium* nomine illi veniunt, qui, natura quidem adiutrice, sed industria humana naturam vincentem, proveniunt. Ita si adspicias valorem feminis, quod in terram proiicitur, eumque compares cum sudoribus agricolae, quos profcindendo, offringendo, tertiendo, ferendo, occando, rancando agro emittere solet: videbis, industria hominis multum superari pretium feminis. An ergo contendere ambigeres, segetes, legumina, vberamque messem referendam esse inter fructus industriales? Egomet

A 3

id

- p) Vide *IPSIVS thesaur. practic.*, voce *Fructuen*. Iungas CHR. THOMASII *notas ad STRAVCHII exerc. iuris XVIII., lib. 6.*, qua BESOLDI sententiam damnat.
- q) *In iuris. defn.*, §. CCCXX. Eiusdem sententiae fuisse videtur PAUL. KRESSIVS *in iurispr. civ.*, L. 1., T. VII., §. IX. Saltim eorum mentionem non iniecit, licet reliquas de fructibus adponi solitas divisiones memorauerit.
- r) L. 62., pr. D. de rei vindicat., L. 121., D. de V. S.
- s) L. 27., §. 1. de hered. petit.
- t) L. 29., D. de hered. petit., L. 34. et 36., D. de usuris.
- u) L. 88., §. fin. ad L. Falcid.
- v) L. 39., §. 1. de Legat. 1., L. 8., §. 1. et 2., de reb. auct. iud. poss.

id statuere, non ambigo. Hisce oppositos *fructus*, puta, *naturales*, vocant illos, quos natura e re ipsa producit, licet caeteroquin nihil noceat, si forte quoddam hominis factum ab initio interyenerit, quod postea cessat. Hi ipsi vero, quorum mentionem inieciimus, fructus sunt vel in rerum natura, vel non. Eos, qui in rerum natura sunt, dividere, mos est, in *fructus pendentes seu stantes, et perceptos*. In eruenda fructuum pendentium notione PH. ANDR. OLDENBURGERVM W) CORN. V. ECK X), HERM. VVLTEIVM Y), fortasse sequerer, qui eos definiunt fructus terrae aut solo cohaerentes, nisi rem penitus considerando explorassem, nimis anguste conceptam videri, et in alios fructus, quos non tam a tellure benigna quam potius ab aliis rebus expectamus, haud quadrare datam definitionem. Quare, *pendentes fructus* eos vocare, liceat, qui cohaerent corpori, e quo percipiuntur. Nec est, qui dicas, hanc nostram definitionem ea propter calculum non mereri, quoniam et ipsae leges velint, *vt fructus pendentes essent pars fundi z)*. Quam enim nostrae descriptioni opponis, iuris regula non simpliciter, sed hypothetice est intelligenda, habito nimirum respectu ad ipsius fundi statum praesentem, e quo fructus pendentes gignuntur a). *Fructus* tandem, qui in rerum natura non sunt, vel *extiterunt aliquando*, vel *sunt futuri*. Illos *consumptos* vocant, hi autem sperantur.

§. III.

- w) Euoluas EIVSDEM tract. de quat. elem. iurid., tit. V., §. 72.
 x) Conferas EIVS princ. iur. civ., tit. de rei vindic., §. 27.
 y) Legas ILLIVS Iurispr. Roman., L. I., cap. LXIV., §. 3555.
 z) L. 61., §. 8., D., de furt. L. 44., D., de rei vindic.
 a) Vid. praeter CH. PH. RICHTERI tr. de signif. adverb., sub voce *hypothetice*. CH. THOMASII diss. de iure circa frumentum, cap. 1., n. 37. sq.

§. III.

BONAE FIDEI POSSESSOREM FRUCTVS INDUSTRI-
ALES PERCEPTIONE SVOS FACERE,
DOCETVR.

Praemissa sic, pro ratione instituti nostri, terminorum explicatione, iamiam, e re nostra esse, videtur, vt consideremus iuris quaestionem diu in foris agitatam, quos fructus suos faciat bonae fidei possessor, quosue domino rem suam euincenti restituere teneatur. In hoc iuris articulo tam perplexo, vt ordine procedamus, opus omnino erit, qui varios casus distinguamus. Fiat igitur initium a *fructibus*, quos in iureconsultorum scholis *industriales* vocare, mos est. Ego quidem in ea semper fui sententia, vt existimarem, *bonae fidei possessorem perceptione fructus industriales suos facere*, seu quod eodem recidit, *eum huiusce generis fructuum dominium nancisci*. Ne, temere id dixisse, videar, inuoco auctoritatem diui IUSTINIANI ita iubentis b), *si quis a non domino, quem dominum esse crediderit, bona fide fundum emerit, vel ex donatione, aliaue qualibet iusta causa aeque bona fide acceperit, naturali ratione placuit, fructus quos percepit eius esse pro cultura et cura*. Ita IUSTINIANVS convenienter, vt puto, sententiis veterum iureconsultorum c). Loqui vero imperatorem non de bonae fidei emtore tantum, sed indistincte de quouis alio, bona fide, ex titulo dominium transferendi habili, rem alienam possidente, et vel id docet, quod legislator vtatur verbis, *aliaue iusta causa acceperit*. Ex eo autem, quod iusserit, *eius*, scilicet bona fide accipientis ac possidentis, *fructus, quos percepit, esse*, satis elucet, auctoritate diui legislatoris illum, qui a non domino, quem dominum esse putabat, rem accepit aut ex emtione, aut ex

donatione

b) §. 35., I., de ver. diu.

§. 2., L. 28., pr. D., de usur.,

c) Prout id videre licet ex L. 25.,

L. 48., D., de acq. rerum dom.

donatione, aut ex simili causa ad dominium transferendum apta, dominium fructuum perceptorum nancisci. At quorum? Industrialium, affirmo. Quum enim IVSTINIANVS non naturae, sed tantummodo *culturae* et *curae* meminerit: contendere nullus erubescit, legislatorem hisce verbis non alios fructus, nisi eos, quos industriae hominum debemus, indicare voluisse d). Equidem non sum nescius, verba *pro cultura et cura* offendere doctores non paucos, opinantes, diuersum quid et separatum iis significari, ac prius verbum *pro cultura* ad industriales, posterius vero *cura* ad naturales fructus referendum esse e). At ea sententia mihi displicuit, atque semper credidi, parem esse vtriusque verbi potestatem, nec aliam fuisse ea coniungendi rationem, ac vt oratio esset paullo modulatio aptiorque, quam si simpliciter diceretur *pro cultura* f). Rationem, qua iussum hancque suam voluntatem muniuit legislator, ponit in verbis *pro cultura et cura*. Negant non pauci, causam eam non esse praecipuam. Si, quod sentio, ingenue dicendum; auctoritate quidem minor, sed in se solidior mihi esse videtur ista causa, quam loco rationis a IVSTINIANO adductae, ac a quibusdam g) adoptatae, substituerunt

- d) Mecum sentiunt IAC. CVMACIVS in *not. ad §. 35., l. de R. D. HVB. GIPHANIVS* in *not. ad eandem §. 35., l. de R. D., LVD. VITALIS* in *lection. var., l. l., c. XIX., n. 7.* HAS BV. OTTO *thes. iur. civ., T. II.* inseruit.
- e) Inlar omnium hic allegasse sufficiat IOACH. HOPPIVM *ad §. 35., l. de R. D.*
- f) Testimonia auctorum optimae aetatis, quibus confirma-

ri potest, *culturam* et *curam* hic synonyma esse, attulerunt G. NOODTIUS tam in *probabil. iur. civ., l. II., c. VIII.,* quam in *com. ad dig., tit. de rei vind., p. 197. T. II. oper.,* et CH. WAECHTLERS in *not. ad probab. citat., p. 255. opusc. ipsius.*

- g) Inter hos nomen suum proficitur IOH. BORCHTOLDEN in *not. i. ad §. 35., l. de R. D.* VLR. HVBERS tam in *pract. iur.,*

POSSESSORIS CIR. FRVCTVS.

tuerunt viri magni nominis, puta, GE. ENGELBRECHTIVS h), W. LVDWELL I), EV. OTTO k), I. O. WESTENBERGIUS l), NIC. de VOERDA m), ARN. VINNIUS n), aliique. Nam si hic tantum culturae et curae ratio habenda esset: fallor, aut id tantummodo bonae fidei possessori concedendum foret, vt, quas in curando et colendo impendebat, expensas operasque imputaret, atque ad eum duntaxat modum fructus vel deducere vel retinere posset, si alia ratione restitutio ei non fieret. Quare pro vindicando, bonae fidei possessori, dominio fructuum industrialium praecipua ratio quaerenda esse videtur in bona fide. Sicuti haec enim toties, quoties lex impedimento non est, tantundem praestat veritati, quantum rei veritas o): ita etiam is me dissentientem non habebit, qui contender, quod bonae fidei possessor in fundo, contemplatione bonae fidei, iudicetur, habere dominium p), et per hoc fundi culturam et curam, sive ius colendi et curandi fundum, iusta ex causa, a non domino acceptum,

§. IV.

DOMINIUM FRVCTVVM INDUSTRIALIVM A BONAE FIDEI POSSESSORE, IRREVOCABILE CONSVMTIONE DEMVM ACQVIRI, DEMONSTRATVR.

Licet igitur bonae fidei possessor fructus industrialis perceptione suos faciat, ac licet dominium, quod ita nasci-

- iur. civ. sec. inst.*, L. II., T. I., m. 191.
 §. 31. quam in *digress. I. iustit. man.*, L. IV., C. XXIII., n. III. 1) In *princip. iur., sec. ord. inst.*, L. II., T. I., §. 172.
 et EDM. MERILLIVS in *not. ad §. 35., I., de R. D.* m) In *enarrat. in instit.*, L. II., tit. I., p. 105.
 h) Tam in *exercit. quart. ad instit.*, §. XLIX., quam in *comp. iurispr., tit. de R. V., §. VIII.* n) EUOLVAS ILLIVS *comm. in instit.* p. 202. edit. HEINECC.
 i) In *not. ad §. 35., I., de R. V.* o) L. 136., D., *de reg. iur.*
 k) In *comm. ad I., tit. eod., p. 48., D., de R. V.* p) L. 25., §. 1., D., *de vsur.*, L. 48., D., *de R. V.*
 B

nascitur, bonitarium eidem illi proffit ad hoc, vt eiusce generis fructus non modo pro suo arbitrio vti, et pro necessariorum vtilitate distrahere, sed illos etiam, si ab alio quodam percepti sint ac possideantur, tamquam suos vindicare queat: attamen vim ac potestatem huius domini bonitarii non eo vsque extendas velim, vt credas, bonae fidei possessorem fructus hosce lucrari sine formidine restitutionis. Dubio namque caret, a bonae fidei possessore dominium eiusce generis fructuum irreuocabile demum consumptione acquiri. Vt ita sentiam, memet haud paucae mouerunt rationes non contemnendae, quae id, meo quidem iudicio, euincere videntur. In earum classem omnium primo refero, quod indistincte PAVLVS, bonae fidei emtorem non dubie percipiendi fructus, etiam ex re aliena, suos interim facere, scribat q). Non est, qui obiicias, iureconsultum loqui modo de bonae fidei emtore, atque proin, quod de hoc affirmavit, negandum esse de aliis bonae fidei possessoribus. Nam in iure nostro rarum non est, vt exempla siue species referantur, non vt regula restringatur, aut excludatur species alia, sed vt potius ea declaretur. Caeterum non sine causa vocabulo *interim* vtitur iureconsultus. Fallor enim, aut allata dictione is hoc indicare voluit, bonae fidei possessorem, licet is sola perceptione fructus suos faciat *interim*, id est, vt egomet interpretor, vsque dum bonae fidei possessor manet, nec verus dominus superueniens rem euincit, absolute tamen et irreuocabiliter hosce consumptione demum suos facere. Nam quum *interim*, id est, vsque ad euictionem bona fide possideat rem: non dubie, seu vt clarius dicam, iure certo, *interim* fructus omnes is percipere debet. Re autem euicta quum deserit bona fide possidere: tenetur fructus restituere, non consumptos, sed tantum perceptos. Illos enim ob bonam fidem, qua consumpti sunt, non immerito retinere, hosce vero ob

amif

q) L. 48., pr. D., de A. R. D.

amissam bonam fidem suo domino, e cuius fundo nati sunt, restituere tenetur. Perceptio igitur, secundum mentem iureconsulti, inchoat quidem, consumptio vero consummat acquisitionem fructuum r). Ne vero putes, me falsam mentem affingere PAVLO, audias, eundem illum etiam contendere s), quod eum, qui bona fide percepit, lucrari oporteat fructus, si eos consumsit. Si ergo ex doctrina PAVLI, bonae fidei possessor consumptos fructus tantum lucratur: a contrario colligitur, eundem illum istos fructus non lucrari, quos tantum percepit. Huic argumento iungam et alias rationes sententiam nostram firmantes. Scilicet ipse IVSTINIANVS, postquam edixerat, subiecit t), et ideo, si postea dominus supervenerit, et fundum vindicet, de fructibus ab eo consumptis agere non potest. Quare a contrario iure colligunt u), de non consumptis siue perceptis, licet iam a solo essent separati, agere dominum posse aduersus bonae fidei possessorem. Vides igitur, haud obscure IVSTINIANVM tribuere bonae fidei possessori dominium irreuocabile demum in fructibus consumptis. At hoc, quod a sensu contrario nectimus, argumentum displicet H. DONELLO v), SC. GENTILI w), H. HVNNIO x). Hi enim triumviri docent, eiusce generis fructuum dominium acquiri iam percep-

B 2

ptione,

r) Enolvas quaesitio ANT. PEREZII prael. in XII. lib. cod., tit. de rei vind., n. 22. IAN. a COSTA not. ad Sphum 35., I. de R. D. ill. CAR. FRID. WALCHII syll. select. iur. controu., disp. XXIX., §. I.

s) L. 4., §. 2., D., fin. reg.

t) §. 35., I., de R. D.

u) Conferas ANT. FABRI coniect. iur. civ., L. IV., C. XVII.,

GEORG. FRANTZKII tam comm. in pand., tit. de rei vind., n. 54., quam exercit. iurid. dec. quart., qu. VIII., n. 7.

v) Vid. EIVS comm. iur. civ., L. IV., C. XXVII.

w) Legas EIVS comm. de donat. inter vir. et vxor., L. II. C. XVII.

x) In resolut. iur. civ., L. II., tract. I., qu. XXXI.

ptione, licet haec destituta sit consumptione. Non est, qui reformidemus tela fecus sentientium. Dubio enim caret, valere argumentum a sensu contrario desumptum, si istud aut iuri expresso, aut rationi suffragatur. Iurare vero auferim, futurum esse, vt, hoc nostrum argumentum iuri scripto conueniens esse, is adfirmet, cui in mentem venerit, quod IVSTINIANVS ratione fructuum in condemnatione obseruari vult. Videlicet diuus legislator, quum eos, qui iam primum ad studia iuris admoti essent, docere vellet, quamnam rationem fructuum obseruarent in condemnatione, aperte profiteretur y), *in omni condemnatione eius, qui bonae fidei possessor fuit, non haberi rationem consumptorum, neque non perceptorum.* Quare colligere licet, si in condemnatione eius, qui alienam rem bona fide possidebat, non habenda est ratio fructuum consumptorum, sed duntaxat perceptorum: sequitur, eum, auctoritate diui IVSTINIANI, dominium perpetuum nancisci in fructibus industrialibus consumptis, nequaquam vero in perceptis. Veritas vero maioris huius enuntiationis et vel exinde elucet, quod imperator de fructibus consumptis adfirmauerit, eorum rationem non esse habendam, vocabulo autem perceptorum duas negationes *neque non* iunxerit, quae proin adfirmationem inuoluentes indicare videntur, sed vtrique habendam esse perceptorum rationem. At quid opus, vt anxie congeramus, quae ad firmandam sententiam nostram ex verbis IVSTINIANI adduci possent, quum alia lex existeret, qua id, cuius probationem in nos suscepimus, expresse continetur. Opponunt imperatores DIOCLETIANVS ET MAXIMINIANVS malae fidei possessorem ei, qui rem bona fide possidebat, ac rescribunt, huius modo esse, vt extantes restituat. Verba rescripti ita sonant z), *certum est, malae fidei possessores omnes fructus solere cum ipsa re praestare: bonae fidei vero,*

y) §. 2., 1., de offic. iud.

z) L. 22., C., de rei vind.

vero, extantes: post autem litis contestationem vniuersos. Neque potes cum H. DONELLO a) fructus extantes hic pro pendentibus accipere. Nam nec vsus huius verbi interpretationem tam frivolum admittit, nec ignotum est, et in aliis legibus fructus extantes opponi consumtis b). Accedit et hoc, quod de fructibus pendentibus, quin restituendi veniant, dubium esse non possit, quam, eos esse partem fundi, inter omnes constet c).

§. V.

IN IUDICIO SINGVLARI BONAE FIDEI POSSESSOREM
NEC DE HVIVSCE GENERIS FRUCTIBVS TENERI,
DEMONSTRATVR, LICET IIS LOCUPLETIOR
SIT FACTVS.

Quibus expositis, iamiam consideremus iuris quaestionem in scholis aequae ac in foro saepius agitatam, num, si bonae fidei possessor fructus industriales consumptione ita suos fecerit, ut iis ditior deprehendatur, iudicio singulari instituto in restitutionem veniat id, in quantum locupletior inde est factus? Si dicendum, quae mihi sit mens de hoc iuris articulo tot modis, quot ingeniorum acumen excogitare potuit, olim versato: ingenue fateor, *fructuum industrialium nomine, quos bonae fidei possessor consumpsit, eum non teneri, utut ex iis esset locupletatus d).* Ut ita statuam, me hoc imprimis mouet, quod

B 3

nulla,

a) l. c.

b) Legas eapropter L. 22., §. 2., de pign. act., L. 3., C. de cond. ex lege.

c) L. 44, D., de R. V., L. fin., §. 6., quae in fraud. cred. Iungas ANT. DAD. ALTESER. RAE tr. sectum, de fict. iur.,

cap. XIV.

d) In factas hic abire iurecon-
sultos, constat. Sententiam,
quam nosmet tuemur, defen-
dunt H. COCCEIUS in *diff.*
de iure femin., S. III., §. 20.
A. FACHINEVS *cont. iur.*,
L. I., C. LVIII. TIM. FABER

nulla in iure nostro prodita sit actio, qua dominus rem suam euincens tale lucrum petere possit. Non rei vindicatio. Hac enim modo, rem certam in rei facultatibus obuiam petere, certum est, fructus vero industriales, quibus consumendis bonae fidei possessor ditior deprehenditur, hic nec possidet, nec eos desit dolo possidere. Non conditio. Etenim is, dum hocce fructus, lege permittente, consumebar, neque deliquit, neque contraxit, et conditio de fructibus consumtis datur modo aduersus malae fidei possessorem e). Non imploratio officii iudicis. Nam cessat istud, actioni principali remota, in iis, quae accedunt f). Quid, quod leges, quotquot bonae fidei possessori fructus industriales indulgent, sine vlla distinctione loquuntur, nec in iis vestigium restitutionis occurrit. Iubent, consumptorum fructuum rationem non esse habendam g); iubent, bonae fidei possessorem fructus consumptos lucrari h); iubent, ab eodem illo fructus non consumptos i), sed extantes k), esse restituendos. An hocce ponderans negare auderes, sententiam, quam tuemur, niti claris legum verbis? Defendi insuper illa et vel ea propter poterit, quod fructus, de quibus loquimur, bona fide cum iusto titulo coniuncta, percepti sint ac consumti, ita, vt nec dolus,

in diss. ad inst. XIV., §. 7. 10.
 GARSIAS *in tr. de expens. et melior., C. XXIII., n. 40. 1.*
 G. HEINECCIUS *in doct. pand., tit. de R. V., §. CXCI., A.*
 LAVTERBACHIVS *in diss. ad L. 32., de reb. cred., P. II., §. XIX.*
 G. L. MENCKENIVS *in intr. in doct. de act. for. comm. sp., S. I., C. II., M. 1., §. 4.*
 IOH. SCHNOBELIVS *in disp. ad pand. quint. §. 24. 10.*
 STRAVCHIVS

ad ius inst., diss. XVIII., §. 10.
 ARN. VINNIUS *sel. quaeff. L. I., C. XVI. 1. O.*
 WESTENBERGIVS *in dig., tit. de R. V., §. 32.*
 e) *L. 3., C., de cond. ex L.*
 f) *L. 8., L. vlt., D., de eo quod cert. loc.*
 g) *§. 2., I., de offic. iud.*
 h) *L. 4., §. 2., D., fin. reg.*
 i) *L. 41., §. 1., D., de re iudic.*
 k) *L. 22., C., de R. V.*

dolus, nec culpa bonae fidei possessori obiici queat, quod eos possidere desierit, quum haecenus tamquam in re sua versatus sit. Quare dominus sibimet ipsi imputet, quod omiserit, iusto citius rem suam vindicare. Hisce rationibus accedit et hoc, quod consumptio in fructibus nostris semet non secus habeat, ac usucapio respectu acquisitionis in non fructibus. Hac namque ratione coniungi et comparari, videmus, consumptionem ac usucapionem l). Dubio autem quum careat, hoc posteriori, puta usucapionis, casu bonae fidei possessorem exempli causa partum ancillae usucapiendo suum facere, ac dominum vindicantem exceptione repellere, tamen is tali partu ditior sit factus m): nullus errare videor, si, ob diastam comparationem in legibus fundatam, assero, idem illud adfirmandum esse de fructibus a bonae fidei possessore consumptis. Quid, quod et ipsius utilitatis publicae fauor exposcere videtur, ne nostram sententiam deseramus. Quem enim fugit, rei publicae conducere, si litium ambages ilicet praescindantur. Num vero id fieri posse, crederes, quum audias, super modo, quo illud, in quantum bonae fidei possessor ditior factus, aestimari debeat, lites moueri? iam hisce nimirum decentibus, usuras pretii, quo praedium comparatum, nec non impensas fructuum deducendas, et id tandem, quod tunc superest, restituendum esse, iam vero illis praecipientibus, bonae fidei possessorem eum demum apparere locupletiolem, in quantum is fructus ex alieno fundo perceptos in suos vius conuertebat, eosdem sumtus ex suis opibus erogaturus, si vel maxime rem alienam non profedisset, adeoque illas consumptiones deducendas venire, quas aut omisurus, aut ex suis erogaturus non fuisset. In tanta incertitudine num ergo istos iureconsul-

tos

l) L. 4., §. 18 sq., D., de usuc.

30 vel 40 ann.

m) Arg. L. 8., pr., C., de praeser.

tos n) vituperares, qui, latis sententiis, mordicus legum romanarum, sine vlla distinctione, loquentium verbis inhaerentes respondebant, bonae fidei possessorem de consumtis fructibus industrialibus non teneri, licet iis ditior factus sit?

§. VI.

ARGVMENTA SECVS SENTIENTIVM DILVVTVR.

Iusto operosiores fuisse, deprehendimus, BEN. CARP-ZOVIVM o), NIC. A LYNCKER p), W. LVDWELL q), H. PISTORIS r), IOH. PHILIPPI s), IOH. SCHILTERVM t), HIER. TREVTLERVM u), in congerendis rationibus, quibus ostendere satagerunt, principis motum non minus, ac iurium germanicorum haud conuenire, vt, instituto iudicio singulari, non id veniat in restitutionem, in quantum bonae fidei possessor ditior euaserit fructibus industrialibus consumtis, Pro libertate,

- n) Inter hos nomen suum profitentur, AR. PINELLVS ad L. 2., C., de rescind. vend., part. 2., C. 4., n. 47. H. HAHNIVS in obs. ad M. WESENBECCII dig. tit. de R. V., n. VII. A. LAVTERBACHIVS in cond. for. XVI., th. 3. 10. a SANDE dec. aur., L. 3., tit. 15., def. 1. I. B. a WERNEHR sel. obs. part. 1., obs. CCCXIX, CH. WILDVOGELIVS in diss. de iur. fruct., a b. f. poss. perceptorum, th. XVII. Ipse SAM. STRYCKIVS in vs. mod. de R. V., th. 12. fateatur, se nunquam vidisse, practitari, b. f. possessorem condemnatum fuisse, in quantum locupletior factus.
- o) Euoluas, si placet, ILLIVS iurispr. forens., P. III., const. 32., def. 8.
- p) Vide ILLIVS annal. ad I., tit. de R. D., §. 56., et tit. de off. iud., §. 2.
- q) Conf. ILLIVS exerc. iustin. IV., §. VII., not. sub L. g.
- r) Prae omnibus aliis produci hic meretur. Nam prolixae argumenta, quae nobis aduersari videntur, pererudite protulit quaeest. iur. civ. P. IV., Q. XXV.
- s) Consulta ILLIVS vs. pract., inslit., L. II., ecl. 15., n. 5. sq.
- t) Legas ILLIVS exerc. ad pand. XVI., §. 56.
- u) Intaearis, si lubet, ILLIVS sel. disp. Vol. I., disp. XIV., th. XI.

tate, qua res publica eruditorum fruitur, nobis liceat, praecipua secus sentientium argumenta nostrae opinioni aduersa diluere. Omnium primo obiiciunt leges, quae cautum v) legitur, *vt id non consumtum haberetur, quod in corpore teneatur*, et in quo proin, ipsorum ex doctrina, bonae fidei possessor locupletior factus esset. At vos, qui hunc nobis iniicitis scrupulum, vos, inquam, interrogo, quis vnquam quaeso, vobis exceptis, istud duntaxat consumtum vocauit, quod ita interiit, vt plane non, ne quidem per aequipollens, exstet. Non dubito, fore, quin, si cogitaueritis, nummos istos vocari consumtos, qui in accipientis opibus non inueniuntur, licet is hisce nummis comparauerit aedes, ac ditior in eundo hoc contractu euaserit, quin, inquam, vos ipsi diceretis, voculam consumtum hic accipi non tam intuitu patrimonii diminuendi, quam potius abusio, interitus, alienationis. Et sane si vestra argumentatio huiusmodi non esset; sequeretur, etiam fructus a bonae fidei possessore usucaptos restituendos esse, si in corpore patrimonii ipsius retinerentur, id quod tamen vosmet ipsi abnuistis. Sed, pro stabilienda vestra sententia, a vobis vrgeri insuper, conspicio, perincludam regulam iuris w), quae iubet, *ne quis cum damno alterius locupletior fiat*: Male peream, si vobis, qui hanc adduxistis iuris regulam, in mentem venerit altera illa x), secundum cuius tenorem nulli damnum inferre videtur is, qui suo iure vitur. An vero creditis, adfirmari posse, bonae fidei possessorem cuidam inferre damnum, dum is non secus atque verus dominus re aliena vitur, et consumendis fructibus industrialibus lucrum capit? Si, quam vos intueri vultis, aequitatem summam intueamur:

v) L. 71. §. 4. D., de leg. II.
w) L. 206., D., de reg. iur.

x) L. 24., §. 12. D., de dam. inf.

mur: sane is errare non videtur, qui, pretium emtionis et hic in rationem venire, dixerit. Licet enim id a domino rem suam vindicante repeti nequeat: attamen, ni me fallit animus, eadem ratione vsurarum fauor hic militat, qui deprehenditur in domino intuitu fructuum, vt proin bonae fidei possessor, tum imprimis si a venditore euictionis praestationem impetrare nequeat, titulum locupletioris non mereatur, nisi et ipsae vsurae a fructibus perceptis excedantur. Addunt secus sentientes et hanc obiectionem, *actionem scilicet et vel ipsis legibus opitulantibus y) dari, si penes alterum quid mea e re sit.* Largior id vobis, at non nisi eo demum in casu, si id accidat sine causa. Crediderim vero, vos mecum in eo consensuros esse, si asseram, de bonae fidei possessore contendi minime posse, eum sine causa possidere istud lucrum, quod fructibus industrialibus consumens capit. Quem enim fugit, bonam fidem coniunctam cum iusto titulo esse instar causae. Nec omittunt aduersarii suam opinionem confirmare *exemplis plurium negotiorum, in quibus quis teneatur, quod factus esset locupletior e re z).* At nec his moueor, vt, quam tueri animus gestit, sententiam deseram. Id enim in actionibus personalibus procedere, concedo, non vero in realibus. Accedit, quod bonae fidei possessor hic non locupletior euadat e re aliena, sed quasi e re sua, ac non tam contrahat negotium, quam potius instar domini agat, dum pro cultura et cura fructus consumit. Prope neglexerim, mentionem iniicere vltioris argumenti, quod se inuenisse laetantur aduersarii. Id ponunt in eo, *in iudicio petitionis hereditatis bonae fidei possessorem de consumtis fructibus, si iis locupletior est factus, teneri, hinc idem illud statuendum esse in iudicio singulari, quum in hac doctrina iura non distinguere inter*
baec

y) L. 32., D., de reb. cred.

z) L. 8., C., de don. int. vir. et

uxor. L. 27., §. 1., D., de minor. L. 70. §. 4., D., de leg. II.

haec duo iudicia a), nec iusta deprehenderetur distinguendi causa, ob quam possessor rei singularis magis lucraturus esset fructus consumptos, quam possessor hereditatis, quippe in utroque iudicio valeret haec ratio, quod nemo deberet se locupletare cum alterius iactura. Sane periculum non est, ut hic scrupulus non negligendus torqueat lectorem, si modo curate legerit ea, quae de iure bonae fidei possessoris circa fructus in iudicio vniuersali mox dicentur.

§. VII.

IN IUDICIO VNIVERSALI BONAE FIDEI POSSESSOREM IN TANTVM DE FRUCTIBVS CONSUMPTIS TENERI, OSTENDITVR, IN QVANTVM IIS LOCUPLETIOR FACTVS EST.

Equidem nullus nego, bonae fidei possessorem in hereditatis petitione adigendum esse ad consumptos fructus nonstros restituendos, si iis locupletior sit factus. Ne putes me in defendenda hac opinione plus auctoritati doctorum, idem mecum docentium b), quam claris legum verbis tribuere: liceat mihi, caput cuiusdam senatusconsulti sententiam nostram valde illustrans adducere. Scilicet HADRIANVS imperator, quum cognovisset, non pauca circa res hereditarias distractas, circa res caducas, circa fructus ex re hereditaria iacenti perceptos superesse

C 2

fe

a) §. 2., l., de offic. iud.

b) Inter hos, ut alios taceam, nomen suum profitentur H. COCCHEIUS in iur. contro., P. I., T. IV., Q. VIII., I. W. DE GOEBEL in diff. de hered. eiusque petitione, C. IV., §. VI., OSW. HILLIGERUS in Donel. enucl., L. XIX., C. XIII., lit. d., LVD. MENCKENIUS in system. iur. civ. tit. de H. P.,

§. VI., P. MULLERUS in diff. de beatit. possid. meib. II., I. O. SCHOEPPERUS in syn. iur. priv., tit. de H. P., n. 30., S. STRYCKIUS in tr. de act. for. S. II., M. III., I. G. WAGNERUS in resol. pand., L. V., §. 100., I. BALTH. WERNHERUS in man. pand. tit. de H. P., §. 7.

se capita, quae certam a potestate legifera formam expectarent, oratione quadam c) proponebat, quae sibi mens, hisce de rebus, esset. Quam praecedentem orationem insequeretur censio siue senatusconsultum, in cuius limine quatuor si conspicias consules, more illorum temporum d) factum id, scias, et duos consules ordinarios fuisse, duos vero suffectos, quorum illi consulatum inierunt kal. ianuar., hi deinde. Verba vero huius senatusconsulti, quae nostram rem paulo propius spectant, ita sonant e), eos autem, qui iustas causas habuissent, quare bona ad se pertinere existimassent, usque eo duntaxat condemnandos, quo locupletiores ex ea re facti essent. Quis quaeso non videt, secundum hocce senatusconsultum bonae fidei possessorem, quam diu hereditatem alienam esse ignorat, de his, quae desit habere, vtut suo facto aut culpa, non teneri, nisi ditior sic euaserit. Factus autem locupletior videtur, si aut aliquid habet eo, quod hereditatem possidet, alioquin non habiturus. Fingas, aliquid ad eum venisse, aut in illius rem fuisse versum, non quidem occasione hereditatis iacentis, sed ex ipsis rebus hereditariis, aut pro ipsis, ipsarumue vsu. His iungam, quae HADRIANI nepos, M. AVREL. ANTONINVS f) hunc in modum edixit g), *vsuras vero pecuniarum ante litis contestationem ex die venditio-*

c) Vid. IOS. FERN. de RETES *excurs. annal.*, L. III., *ill. pr.*, f. 1243., T. V., *ibid. inr. civ.* quem b. OTTONI debemus. Iungas, si placet, IOH. FRID. MAGERI *diff. de orat. princ.*, §. XIV.

d) Hunc dudum notauit AND. ALCIATVS *parer. L.V., C.X.* Adde THEO. IANS. ab ALMELOVEEN *fast. conf.*, p. 214. quo loco docet, qua ratione eorum nomina ad fastorum

monumenta sint emendanda.

e) Integra senatusconsulti huius verba seruaui VIPIANVS L. 20., §. 6. D. de H. P.

f) Ita enim inscriptionem L. I., C. de H. P. emendandam, subscriptioni autem annum *Chr. 170.*, substituendum esse PETR. RELANDVS *fast. conf.*, p. 43., euicit.

g) L. I., C. de H. P. Iungas ei L. 25., §. 11., L. 28., L. 40., §. 1., D., *ead.*

ditionis hereditariarum rerum ab eo facta, qui antea possidebat, collectas, nec non etiam fructus bonae fidei possessores reddere cogendi non sunt, nisi ex his locupletiores extiterint. Quo edicto caesareo nec clarius quidpiam, nec plenius dici potest, quod magis conduceret in rem nostram. At adesse video, qui cum PERILL. IOH. IAC. de HOEFLER h) obiiciunt, in adductis legibus neque volam, neque vestigium de consumtis fructibus apparere. Non esse videtur, vt causam nostram deseramus facta hac obiectione. Fructus enim, de quibus iam loquimur hic subintelligendos esse, et vel ex eo elucet, quod isti, quos nuncupamus fructus perceptos ac extantes, iam iam restituendi veniant, nec attendatur, num bonae fidei possessor iis locupletior fuerit factus, nec ne? Sciscitaris forsitan rationes, quibus legumlatores mori hoc tale edictum promulgandum curauerunt. Non vnam esse, sed plures, crediderim. Etenim ni me fallit animus, illis, hoc statuere, ea propter placuit, aut quod, quum leges i), quae bonae fidei possessori indulgebant ius res hereditarias dilapidandi, perdendi, donandi, perquam notas haberent, sicque, dum cognoscebant, iusto mitius cum eo agi in iudicio vniuersali, aequum hinc vicissim esse crederent, vt is praestaret, si lucri quid ex consumtis fructibus consequutus esset; aut quod patarent, hereditatis possessori, dum is careret titulo possessionis, non vltra consulendum esse, quam vt ne damno afficeretur; aut quod ipsis iura cognita essent perspectaque, quibus cautum, vt fructus a possessore hereditatis percepti illico in classem rerum hereditariarum reciperentur, vt ipsam iacentem hereditatem auerent, vt eodem iure, quo corpora hereditaria, et fructus nostri peterentur, etiam in restitutionem hereditatis venirent. Ea omnia secus se habere in iudi-

C 3

ciis

h) *In diss. de immun. b. f. possessoris a restit. fruct. in iudic.*

tam reali, quam person., §. XIII.
i) *L. 25., §. II., D., de H. P.*

ciis singularibus, dubio caret. Nam in his nec pretium in locum rei succedit, nec fructus rem augent. In eo autem rationem detegas velim, ob quam ea, quae iura in iudiciis vniuersalibus de bonae fidei possessore desiderant, in iudiciis particularibus nec admitti possunt, nec ista doctrina iure impugnatur, vi cuius bonae fidei possessor in iudiciis singularibus non tenetur de fructibus consumptis, si iis locupletior euaserit,

§. VIII.

FRUCTVS INDUSTRIALES PENDENTES AC EXTANTES
A BONAE FIDEI POSSESSORE RESTITVENDOS ESSE,
OSTENDITVR.

Satis abundeque probauimus, bonae fidei possessorem fructus industriales suos facere perceptione, consumptione autem lucrari. Iam videndum erit, quosnam fructus is restituere teneatur domino rem suam evincenti. De fructibus industrialibus pendentes nulla est controversia. Hi enim, dum pendunt, pars fundi esse censentur, ac non tam seminis, quam soli conditionem sequuntur. Quare cum ipso corpore, cui inhaerent, restituendi sunt, ac dominus propter hos fructus easdem habet actiones, quae eidem competunt propter ipsam rem, puta rei vindicationem, vel nonnunquam conditionemfurtiuam k). At quaeritur de fructibus extantibus, id est, separatis quidem a re, qua tenebantur, sed nondum consumptis, an illi omnes? an vero naturales tantum, industrialibus exclusis, restituendi sint? Cunctos sine omni distinctione, restituendos esse, iura euidenter arguunt. Audias obsecro, iureconsultum PAVLVM aientem l), quod *bonae fidei possessor fructus perceptos lucretur, si eos consumpsit*. Hinc infero ex sententia PAVLI, eum

k) L. 12., §., D., de usufr.

l) L. 4., D., fin. reg.

eum fructus perceptos, qui nondum consumti sunt, haud lucrari. Ac quid quaeso opus est, ut multa congeramus argumenta, quae nostram sententiam affirmare videntur, quum addit rescriptum, cuius auctores imperatores DIOCLETIANVS et MAXIMIANVS sunt, cuiusque iam mentionem iniecimus. Verba caesareae voluntatis nostram sententiam illustrantia huius tenoris sunt m), *certum est, malae fidei possessorem omnes fructus solere cum ipsa re praestare; bonae fidei vero extantes.* Perpulchre haec profecto ad rem nostram. Non vero sine causa dominium non tam perpetuum, sed potius bonitarium modo, in fructibus industrialibus extantibus bonae fidei possessori indulgit nomothesia romana. Is enim tamen iura singularia bonae fidei indulta pro se adducere possit: fictio tamen veritati cedere, ac domini superuenientis dominium longe fortius esse debet illo, quod bonae fidei possessori tribuimus. Quare recte CELSVS, *meum est, in fit n), quod ex re mea superest, cuius vindicandi ius habeo.* Multa formidine initare, et ex eo, quod GAIVS iureconsultus, *in pecudum fructu etiam foetum esse, sicut lactem, et pilum, et lanam, itaque agnos, et boedos, et vitulos, statim pleno iure esse bonae fidei possessoris et fructuarii,* scribat o) inferre video, fructus industriales perceptione ita bonae fidei possessori fieri, ut in his plenum ius habeat, ac proin domino fundi deneganda sit vindicatio horum fructuum, si qui superessent p). Sed si dicendum, quod de hac obiectione cogitem; ingenue fateor, hanc non esse mentem GAII iureconsulti. Nam licet, ex eius voluntate, bonae fidei possessor sit fructuum perceptorum dominus pleno iure, id est, *in solidum*, non secus ac

m) L. 22., C., de rei vindic.

n) L. 49., §. I., D., de rei vind.

o) L. 28., pr. D., de usur.

p) Ita H. DONELLVS in com. iur. civ., L. IV., C. V. Eum

sequi videtur ANT. GOEAVNS in lectio. iur., L. II., C. XV., Iunge MAR. LYCLAMA a NYHOLT membr. L. III., eclog. I.

ac fructuarius, et licet tale dominium consequatur *statim* eatenus scilicet, vt hosce fructus consumere queat: tamen iureconsultus minime asserit, ius istud fieri perceptione perpetuum, atque eo ipso dominum superuenientem excidere dominio suo, quod aliae leges ei indulsent in vindicandis fructibus nostris, si qui apud bonae fidei possessorem inuenirentur. Ne me explicationem dare, credas, alienam et a verbis et a mente iureconsulti GAIJ, liceat adducere locum, e quo appareat, eundem iureconsultum eodem modo, cuius memini, et in similibus casibus loqui consueuisse. Ita enim dicit q), *seruum sub conditione legatum, hac pendente, pleno iure heredis esse*, quem tamen, constat, existente conditione ab eo abiturum, et demum heredis fieri irreuocabiliter conditione deficiente. Nec te ab assumenda explicatione, quam de verbis GAIJ dedimus, deterreat, facta in lege nostra coniunctio bonae fidei possessoris cum fructuario, qui fructuum perceptorum dominium irreuocabile consequitur. Toties enim, quoties iura bonae fidei possessorem iungunt fructuario, toties, inquam, haec comparatio eatenus est admittenda, quatenus aliae leges nullam aliam disparitatem expresse indicant r). Sed vires forsitan, propter curam et culturam, quam bonae fidei possessor adhibuit, dominum repellendum a vindicandis fructibus extantibus. Aut fallor, aut talis cura fructuum extantium restitutionem eo minus retardari poterit, quo certius est, eam bonae fidei possessori solum prodesse ad hoc, vt, opposita doli mali exceptione, dominus rem suam euincens pretium eius, quod impensum est, aut soluere teneatur, aut si seminis ac culturae sumtus soluere detre-

q) *L. 29., §. I., D., qui et a quib. manum.*

r) Disparitatem quandoque adesse inter bonae fidei possessorem ac fructuarium, docuit

PETR. FERRENONIUS *animi et variis lect., L. I., C. V.,* Leguntur in EV. OTTONI *ib. iur. civ., T. I.*

detrectet, patiatnr saltem sumtus cum fructibus pro rata pensari, et pro illis partem fructuum retineri a bonae fidei possessore.

§. IX.

BONAE FIDEI POSSESSORIS ET FRVCTVS NATVRALES ESSE, DOCEIVR.

Tandem vero fructus, quos a benigna natura expectamus, percipere videntur, qui eis hac in dissertatione locum tribuamus. Me quidem breuia scribentem a suscipiendo hoc negotio detertere potuisset operosa interpretum in fructuoso hoc campo industria. Tentandum est tamen, nec praesumpta desperatio veri inueniendi negligentiam nobis persuadere, aut amplius quaerendi occasionem amputare debet. Quaesitum est, an bonae fidei possessor etiam illos fructus suos faciat, qui sponte nascuntur? Fateor, me perlubenter iis accedere, qui fructus industriales non separant a naturalibus, et bonae fidei possessorem omnes fructus, hinc etiam illos, qui sine eius opera prouenerunt, percipere ac iis consumendis dominium perpetuum acquirere, contendunt s). Vt ita sentiam, me id imprimis mouet, quod PAVLVVS iureconsultus dicit t),
bonae

s) Inter hos nomen suum profitentur ANDR. ALCIATVS ad L. II., C. de pact., oper., tom. III., n. 4. DOM. A. VMAEVS disp. VIII. ad pand., th. XI. IAC. BRVNNEMANNVS ad L. 22., C. de R. V., num. 4. sq. IAC. CVRTIVS coniect., L. II., C. XLIV. in EV. OTTONIS thes. iur. civ. T. V. MARQ. FREHERVS verif., L. II., C. XXIV., ib. T. I. ORT. FO-

MANNVS syn. iur. iust., disp. IX., §. 20. HVB. GIPHANIVS antinom. iur. civ., L. II., ad th. 24. sq. IOH. HARPRECHTIVS ad §. 35., I., de R. D. ERIC. HEDEMANNVS disp. ad pand. XIII., §. 13. HENN. VVLTEIVS disp. schol., C. XX. H. ZOESIVS comm. ad pand., tit. de A. R. D., n. 65, t) L. 48., D., de A. R. D.

bonae fidei emtor non dubie percipiendo, fructus etiam ex aliena re, suos interim facit, non tantum eos, qui diligentia et opera eius peruenerunt u), sed omnes, quia quod ad fructus attinet, loco domini pene est. Quo responso nec clarius quidpiam, nec solennius dici potest. Quid enim omittit, aut excludit, qui voce *omnes* utitur? Mirari hinc sapientius coepi, qui fieri potuerit, ut glossatores, ac cum iis quidam recentiores iureconsulti v), verba PAVLI sed omnes restringant ad fructus industriales, qui alterius, quam bonae fidei possessoris, opera prouenerunt. Eheu explanationem violentam, quam et aures non admittunt, et cui ratio recti sermonis repugnat! Quis enim non fateatur, absurdum esse, ut dictio haec *omnes*, quae nullam rem excipit, ad ea, quae cura et factio tertii nata sunt, coangustetur? Quis insuper non videt, verbum *omnes* a PAVLO, non ad operantes, sed ad ipsos fructus referri, nec dictionem vniuersalem ad solos industriales fructus restringi? Hoc ipsum patescere ex eo, opinor, quod iureconsultus, quum antea de fructibus industrialibus loquutus fuerit, alios addiderit, simulque hanc subiunxerit rationem, *quia quod ad fructus attinet, loco domini pene est.* Auctoritatem PAVLI excipiat casus a IULIANO iureconsulto memoratus. Licet quidem eum ponat in bonae fidei emtore: subdit tamen generatim de quouis bonae fidei possessore, quod fructus suos faciat non attenta quadam inter fructus naturales ac industriales distinctione. Ita inquit w) porro *bonae fidei possessor in percipiendis fructibus id iuris habet, quod dominis praediorum tributum est.* Praeterea cum ad fructuarium pertineant fructus a quolibet sati, quanto magis hoc in bonae fidei possessoribus recipiendum est, qui plus

u) Errone factum, ut *peruenerunt* pro *prouenerunt* legatur, docet M. ANT. MURETVS *comm. de orig. iuris, f. 17. thes. civ. cit.*

v) Instar omnium nominasse sufficit I. W. TEXTORIS *diff. de fruct. rest., §. XXXI.* Legitur T. II. *opusc.*

w) L. 25., §. 1., D., de *vsur.*

plus iuris in percipiendis fructibus habent? Vnde inferre licet, quoscunque fructus dominus praedii percipere, suosque facere potest, eosdem et percipit, et suos facit bonae fidei possessor. Nam idem ius, quod domini praediorum habent, in fructibus percipiendis bonae fidei possessori tribuit IULIANVS noster. Assumo, dominus indistincte omnes fructus, siue opera, cura, facto hominum proueniant, siue nullo cogente sponte nascantur, percipit, suosque facere potest. Sequitur ergo, vt et bonae fidei possessor non minus industriales, quam naturales fructus percipiendo suos faciat. Porro, quod ius habet fructuarius in percipiendis fructibus, idem imo et multo fortius, ex IULIANI iussu, habet bonae fidei possessor. Iam vero dubio caret, vsufructuarium omnes omnino fructus etiam sponte sua prouenientes, veluti foenum, folia, foetus animalium, lac, ligna, et alios suos facere x). Ergo multo maiori iure gaudet bonae fidei possessor, omnes omnino fructus et naturales et industriales suos faciendi. Lectoribus non iniucundum esse, arbitror, si hisce argumentis et alias iungam rationes. Aut enim animus noster fallit, aut inter eas referri debet, quod leges velint iubeantque y), vt quibus fructus non tam feminis, quam soli iure percipiantur, et magis ius corporis, e quo percipi solent, quam semen ipsum, e quo oriuntur, adspiciendum sit. Id quod vero dici non posset, si in fructibus percipiendis solummodo aut industriae aut curae, nequaquam vero naturae ratio habenda esset. Hanc causam comitetur et haec ratio. Si foetus animalium consideramus: multae pecudes vtplurimum pariunt, nulla hominis praesentia, nedum industria, interueniente. Foetus pecudum igitur, agnos, hoedos, vitulos, pilos, lac, lanam, inter fructus naturales, referri debere, quis est, qui praeter CAR. HANN.

D 2

FABRO

x) L. 7. et 9., D., de vsuf.

y) L. 25. pr., et §. I., D., de vsuf.

FABROTVM 2) dubitet? Et tamen, legibus opitulanti-
bus a), foetus ouium, lac et lanam bonae fidei possessor
percipiendo suos facit. Simili modo foenum, quin fru-
ctus naturalis et spontaneus sit, nullus in dubium voca-
bit. Naturam prope solam oliuas aequae ac pomum, pi-
rum et caeteros fructus naturales producere, hinc in ho-
rum censum oliuam esse scribendam, docte monstrat
ARN. VINNIUS b). Et tamen et olea mox cum percepta
siue excussa est, et foenum simul atque caesum ac a solo
separatum est, bonae fidei possessoris fieri, claris legum
verbis traditur c). Haecce mecum animo volutans con-
tendere nullus erubesco, bonae fidei possessorem fructus
naturales non minus, quam industriales percipiendo suos
facere.

§. X.

QVAEDAM DE SENSU L. XLV. D. DE VSVR. NOBIS
OBSTARE VISAE, INTERPRETVM OPINIONES CVM
EPICRISI ADFERVNTVR.

Disquisitione vltiori superfedere possemus, ni
POMPONIVS attulisset sententiam, quae aduersari vide-
tur modo adductis PAULI verbis, quibus nostram sen-
tentiam defendi posse, credidimus. Eum vero in mo-
dum respondet POMPONIVS d), *fructus percipiendo vxor
vel vir ex re sibi donata suos facit illos tantum, quos suis
operis acquisierit, veluti serendo: nam si pomum decerpse-
rit, vel ex sylua cecidit, non sit eius, sicut nec cuiuslibet
bonae fidei possessoris, quia non ex facto eius fructus nasci-
tur.* Ita ille. Sane hoc POMPONII responso res eo rediit

VI

- 2) *Not. ad Theoph. paraphr. inst.* L. II., T. I., §. 36., tom. I., p. 244., edit. REITZII.
a) L. 28., D., de vsur., L. 48., §. fin., D., de A. R. D.
b) *Sol. ius quaest., L. I., C. XXV.*
c) L. 13., D., quib. mod. vsufr. a-
mit., L. 87., D., de R. V.
d) L. 45., D., de vsur.

vt doctrina de fructibus naturalibus a bonae fidei possessore restituendis legum interpretibus crucem figere videatur, atque ob id adducti sint, in diuersas ire sectas, quo apparentes legum dissimilitudines non secus, ac

Horrendas fyrtes, latrantia littora scyllae,

effugerent. Ab instituti nostri ratione non parum abesse videtur, si prius proferam quasdam interpretum, circa responsa PAVLI ET POMPONII concilianda, opiniones discussas e), quam significem, quae mihi hac de re controuersa sit mens. Igitur omnium primo in scenam prodeant IAC. CUIACIUS f), IOH. BORCHOLDEN g), IOH. GILKENIUS h). Hi triumviri in ea sunt opinione, PAVLVM loqui de ea temporis periodo, qua bonae fidei possessor quiete rem possidet, nec ea ab illo res euincitur; POMPONIVM e contra differere de tempore iudicii seu euictionis, et hoc tempore veniente bonae fidei possessorem fructus naturales suos non facere, sed ad eorum restitutionem obstrictum esse. Verum licet allata haec explicatio sit admodum subtilis et ingeniosa; mihi tamen non probatur. Vt enim non dicam, ex adhibita a POMPONIO dictione *percipiendo* apparere, iureconsultum non de fructibus restituendis, sed potius de eorum acquisitione, quae perceptione absoluitur, agere, eundemque, dum negat, fructus, de quibus nobis iam sermo, bonae fidei possessoris fieri, asserere, quod hic nec fructus naturales percipiendo suos faciat, id quod tamen PAVLVM dixisse vidimus: id saltem adducere liceat, toties, quoties loquela est de fructuum restitutione, nul-

D 3

e) Plures alias attulit NIC. de PASSERIBVS *conciat. cum t. leg., P. I., C. VII., Q. 1.*

f) Vid. ILLIVS *not. ad §. 35., I., de R. D., et comm. ad AFRIC. tr. VII. ad L. 40. de A. R. D.* Et parum ab illius sententia abluere videntur D. GOTHOFRE-

DVS *not. ad §. 22., C., de R. V. ac IAC. MENOCHIVS de recup. possess., remed. 15., n. 580.*

g) Conf. EIVS *not. ad §. 35., I. de R. D.*

h) Euoluas EIVS *comm. ad eund. §. phum., n. 23. sqq.*

lum admitti discrimen inter fructus naturales et industriales, sed tantum inter consumptos et extantes. Ergo quum POMPONIVS verbis, *si pomum decerpserit, vel ex sylva cecidit*, naturales fructus separet ab iis, quos ab industria hominum expectamus, quumque is respondeat, fructus, quos naturae solum debemus, bonae fidei possessoris non esse: facile apparet, POMPONIVM loqui de fructuum acquisitione, quae fit perceptione, ac proin laudatos legum interpretes errare, dum POMPONII verba trahunt ad tempus modo iudicii siue evictionis, docentque huius temporis intuitu tantum bonae fidei possessorem fructus naturales suos non facere, sed potius hunc eosdem restituere. Hanc explicationem excipiat alia, quam dederunt alii triumviri, puta, IVL. PACIVS a BERIGA i), IAN. a COSTA k), LVD. VITALIS l). Distingunt inter bonae fidei possessorem, qui possidet ex titulo lucratiuo, puta ex causa donationis aut legati, et eum, qui possidet titulo oneroso, veluti ex causa emtionis aut permutationis. Credunt de hoc loqui PAVLVM, dum ei tribuat omnes fructus, cuiuscunque generis sint, lucrandos, illius vero meminisse POMPONIVM, dum eidem illi indulgeat modo fructus industriales ob adhibitam culturam et curam, minime vero naturales. Etsi haec opinio speciosa videatur: corruiat tamen, si modo curate ponderantur POMPONII verba. Hic enim, posteaquam docuit, donatarium conjugem fructus percipiendo suos facere, illos tantum, quos suis operis adquisierit, non vero naturales, subiicit verba, *sicuti nec cuiuslibet bonae fidei possessoris*. Vnde infero, POMPONIVM velle promiscue, non habita ratione tituli lucratiui aut onerosi, vt emtores, donatarii, aut ii, qui qualibet alia iusta ex causa possident, pro cultura et cura fructus tantum industriales, eos-

i) Vid. EIVS not. ad §. 35., l., de R. D.

ad §. 35., l., de R. D.

k) Euoluas, si placet, EIVS not.

l) Confulas ILLIVS var. lect., l. I., c. XIX., n. 6. §qq.

eosque consumptos, suos facerent, nequaquam vero naturales. Nec est, qui credas, verba, *sicuti nec cuiuslibet bonae fidei possessoris*, non facere orationem vniuersalem, sed particularem, atque hinc eorum sensum eo redire, *quorundam* bonae fidei possessorum, id est, rem habentium titulo oneroso, fructus naturales fieri, *quorundam*, hoc est, titulo lucratiuo rem frugiferam possidentium, fructus non fieri. Sane hic, quem pro defendenda legum conciliatione a triumuiris acutissimi ingenii tentata iniicis, scrupulus repugnat claris POMPONII verbis. Oratione enim negatiua generali vititur, quae si in vno vitaretur, in omnibus tanquam falsa rueret. Me continere non possum, quin et modi paulo subtilioris mentionem iniiciam, quo allatas leges conciliare etiam studuit VACONIVS a VACVNA m). Et scilicet placuit, nouam fructuum distinctionem instituire, et verba POMPONII trahere ad fructus illos, quos dixit mere naturales, i. e., eos, qui sine vlla hominis cultura et cura proueniunt, de PAVLO e contra affirmare, quod de caeteris omnibus fructibus, hisce mere naturalibus exceptis, sentiat. Somniasse, puto, VACONIVM a VACVNA incedentem hac distinctione perquam subtili. Sane corruere hanc interpretationem fatebitur is, qui cogitauerit, POMPONIVM generaliter definiisse, quod fructus percipiendo bonae fidei possessor faciat illos tantum, quos suis operis adquisierit, non vero naturales. Quid, quod haec tentata legum conciliatio nec congruit dictioni vniuersali *sed omnes*, qua PAVLVS vititur. Nam quum iureconsultus hanc dictionem aduersatiue opponat praecedentibus verbis, siue iis, in quibus mentionem iniecit eorum fructuum, qui aliquam culturam aut curam hominum desiderant: utique ex natura aduersatiuae orationis ea dictio continet omnes alios fructus, in quibus opus non est, vt vlla quaedam industria hominum accedat.

§. IX.

m) *Declarat. iur., L. II., declar. XLI., n. 9. sqq.*

§. XI.

NOSTRA DE SENSU MEMORATAE LEGIS NOSTRAE
SENTENTIAE OBIICI SOLITAE OPINIO
ADFERTVR.

Quid igitur in tot sententiarum diuortii's agendum? Ego quidem, vt libere chartis committam, quid sententiam de POMPONII responso, arbitror, illud continere tantummodo exceptionem a regula, hancque proin exceptionem in casu non excepto firmare verba PAVLI indefinite ac generaliter dicta, *quod scilicet bonae fidei possessor fructus haud dubie suos faciat omnes*. Agit POMPONIVS de fundo, quem, durante matrimonio, coniux coniugi donauerat. Inter omnes constat, donatio-nes inter virum et vxorem non valere n), id quod pristinae identitati personarum, quae inter maritum & vxorem, ope nuptiarum solemnium, intercedebat, tribuendum esse videtur o). Querebatur igitur, num, quae eiusce generis donationes improbabant, iura, etiam in fructibus e tali fundo donato percipiendis adplicanda essent? numque proin bonae fidei possessor hocce fructus lucrari non posset? POMPONIVS hanc quaestionem propositam decisurus non modo probe separat fructus, quos donatarius suis operis e re aliena donata acquisiuit, ab illis, qui non ex eius facto nascuntur, sed adfirmat quoque, fructus posterioris generis non fieri donatarii, illos

n) L. 1, D., de donat. inter vir. et vxor.

o) Caussas huius rei nobis sup-
peditant L. 2. et L. 28., §. 2., D.
eod. Ast minus concludentes
sunt, licet ex his dein iurecon-
sulti ingentem vim conclusio-
nem elicuerint. Consulas quae-
sio I. H. BOEHMERI exer-

cit., LXXII. ad pand., §. VI.,
sqg. et perill. GEORG. HENR.
AYRERI *diff. de donat. inter
vir. et vxor.*, S. I., §. II. Vera
autem ratio, quod inter vxor-
rem et maritum idem respec-
tus intercedat, quem depre-
hendimus inter patrem et fi-
lium, silentio omittitur.

illos vero istum, percipiendo, facere suos. Sciscitaris forsitan rationes, quibus iureconsultus motus tale ediderit responsum. Huius rei rationem ponunt legum interpretes in prohibita donatione coniugali. Quum enim leges eatenus donationem inter coniuges interdicerent, quatenus coniux donans pauperior inde euaderet p): eo minus responsi, a iureconsulto de fructibus naturalibus dati, mirari deberemus, quo certius esset, ut mulier carens fructibus, quos ex re donata ei, vel nihil curanti, vel ignoranti, natura fuisset datura, modo non rem frugiferam tradidisset marito, non minus pauper sic euaderet, ac per ipsius rei cuiusdam donationem. At id fecus se habere, putant interpretes, in fructibus, qui magis ab industria donatarii, quam ex re ipsa prodiiissent. Quare docent, in eo, quod coniux donans pauperior non euaderet, si donatarius fructus industriales lucraretur, quaerendam esse rationem, ob quam POMPONIUS donatario permiserit, ut hos tantum fructus suos facere possit. Verum enim vero, si verum fateri licet: haec non vera ratio esse mihi videtur, ob quam in decisione facta POMPONIUS fructus naturales separauerit ab industrialibus perceptis e fundo coniugali. Ea potius, meo quidem iudicio, non aliunde petenda est, quam ex ipsis verbis POMPONII, hoc est, ex eo, quod is in fructibus industrialibus vrget inprimis donatarii diligentiam, ob quam donatarius tali beneficio dignus esse videtur. Hanc industriam tantummodo in decidenda quaestione prae oculis habuit iureconsultus, adeoque de fructibus industrialibus dixit, *quos suis operis acquisiuit*, de naturalibus e contra respondit, eos non fieri donatarii, *quoniam non ex facto eius is fructus nascitur*. At instas, iureconsultum verbis, *sicuti nec cuiuslibet bonae fidei possessoris*, indicare, quod a casu singulari, quem tractat, conclusio generalis

E infe

p) L. 3. pr., L. 4., D., de donat. inter vir. et uxor.

inferenda sit, et ea, quae de coniuge donatario erant dicta, ad quemlibet alium bonae fidei possessorem extendi debeant. Hic scrupulus, ne torqueat lectorem, eximendus erit. Opposita verba non absolute de quovis bonae fidei possessore fundum possidente, et ex tali fundo fructus percipiente, intelligenda arbitror, verum potius ad casum specialem, de quo in lege est loquela, esse coarctanda, vel, ut clarius mentem aperiā, ad fructus naturales perceptos a coniuge donatario. Hinc, meo quidem iudicio q), POMPONIVS quasi dixit, nec coniugis fructus naturales, si quosdam e fundo donato percipit, fieri, nec eosdem lucrari quemvis alium bonae fidei possessorem, in quem scilicet is coniux illos e fundo donato iam a se perceptos fructus naturales transtulit. Nam in quemlibet bonae fidei possessorem non plus iuris, in alienatione ac translatione fructuum naturalium a coniuge donatario suscepta, transire potest, quam haec ipsa coniux habuit. Admissa hac explicatione verba a POMONIO subiecta, *quia ex facto eius is fructus nascitur*, referes non ad bonae fidei possessorem, sed ad coniugem, qui fructus perceperat, et de quo imprimis agebat iureconsultus. Sed haec dixisse sufficiat. Id caeterum enixe rogato, ut has primitias lector benevolus aequo animo accipiat, et, si quid ob ingenii imbecillitatem neglectum sit, condonet, memor aureae IVSTINIANI sententiae, *quod in nullo aberrare, divinae utique solius, non autem mortalis sit constantiae.*

q) Vid. BALTH. BRANCHV
Obs. c. 3. LVD. CHARONDAE
verisim., L. I., C. VII., obuiis
tom. I., thes. iur. civ. E. OT-


TONIS, M. AVREL. GAL-
VANI *diff. de usufr. Cap.*
XXVIII., p. 376.

Err. p. 2. l. 2. pro comprehendit leg. comprehendere. p. 10. lin. 2.
pro fructus leg. fructibus. p. 14. lin. 11. pro istud leg. ista.

X-2396279







f. 28. mem. 27. *4. 20.*
1769, 3^a 3/

P. 65

IVS
BONAE FIDEI POSSESSORIS
CIRCA FRUCTVS E RE ALIENA
PERCEPTOS

PRAESIDIO
D. ALB. PHIL. FRICKII
ICTI ET ANTECESSORIS SVI ORD.
H. T. DECANI

PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI SISTIT

AVCTOR
IOANNES AVGVSTVS TEMME
BRVNSVICENSIS.

A. D. XI. NOV. cl^olbCCLXIX. H. L. Q. C.

HELMSTADII
TYPIS IOH. DRIMBORNII.

